

Universitätsbibliothek Wuppertal

Linguarum Vett. Septentrionalium Thesaurus Grammatico-Criticus Et Archæologicus

Hickes, George

Oxoniae, 1705

Calendarium seu menologium poeticum

Nutzungsrichtlinien Das dem PDF-Dokument zugrunde liegende Digitalisat kann unter Beachtung des Lizenz-/Rechtehinweises genutzt werden. Informationen zum Lizenz-/Rechtehinweis finden Sie in der Titelaufnahme unter dem untenstehenden URN.

Bei Nutzung des Digitalisats bitten wir um eine vollständige Quellenangabe, inklusive Nennung der Universitätsbibliothek Wuppertal als Quelle sowie einer Angabe des URN.

[urn:nbn:de:hbz:468-1-1559](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:468-1-1559)

ne lufigan, tu beatus sub praesidio meo viues. Quinimo punctum istud metricum nonnunquam ponitur inter ejusdem vocis syllabas: ut, Paraphr. Gen. Ða zingnan on upp. ƿroð éce ƿrihten. Iob in Galileam, tum in Galilea Deus aeternus dominus surrexit inter discipulos.

XXVIII. Supra dixi lectoribus poetarum studiose curandum, ut metrica scripta in periodos suas recte distinguant, quum in mss. tum in impressis codd. quoniam aliquando accidit periodos sive perfectæ distinctionis notas (: & 7) poni, ubi ponendæ non sunt, & omitti itidem ubi poni debent. Prioris exemplum habes, Paraphr. Genes. 1, 6, post heold, ubi non ponenda est plena distinctio, sed post Ʒarta ƿearþum, lin. 8. & p. LXI, 1, 2, ponitur (:) post eapð ƿærƿ, ubi non est plena distinctio, sed post ƿremþum, l. 3. Posterioris exemplum habes, LVIII, 18, ubi post Ʒertah deest (:) quod tamen ibi poni debet. poni etiam debet post beapn, LXI, 10, Et post ƿunode, l. 19. & post ƿunþa miht, xci, 16. & in omnibus locis, quibus sententia perfecta est, etiamsi notæ periodi non ponantur.

Hactenus tui gratia, lector benevole, omnem operam navavi in tradendis regulis, quæ, si ad eas deligenter animum intendas, non tantum facilia tibi reddent Anglo-Saxonum carmina, sed lectu jucunda ac utilia. & ne tibi jam præceptis munito deessent, in quibus diligentiam & ingenium tuum exerceas, tractatulum metricum, quoad sermonem Dano-Saxonice scriptum in calce hujus capituli subjungere visum est, in quo legendo regulas à nobis datas probare poteris, & an votis nostris & expectationi tuæ respondeant, experiri. Hoc quoque ut facerem, tum pulchritudo carminis, & librorum metricorum infrequentia, tum aliquorum doctorum preces moverunt, qui me iterum iterumque rogarunt, ne *Calendarium* hoc, sive *Menologium* elegantissimum, sine versione *Latina* in publicum prodiret.

CALENDARIIUM

SEU

MENOLOGIUM

Poeticum,

Descriptum ex codice Manuscripto Bibliothecæ Cottonianæ. codicis autem nota est, *Tiberius*, B. 1. 2.

| | | |
|----------------------------|-------------------------|----------------------------|
| Epirt ƿær acennyð. | Hine folc mycel. | Februariur ƿær. |
| Lýninga ƿulþop. | Ianuariur Ʒesum heton : | ƿrode Ʒeriðar. |
| On midne ƿintep. | And ƿær embe ƿiƿ niht. | 35 Calbe ægleape : |
| Mære ðeoden. | 20 Ðæt te ƿulpiht tud. | And ƿær embe ane niht. |
| 5 Ece ælmihtig. | Eceƿ ƿrihtner. | Ðæt ƿe Mærian. |
| On þý eahƿeoþan bæƷ. | To ur cýmeþ. | Mærran healdað. |
| Hælenð Ʒehaten. | Ðæne ƿrelƷta bæƷ. | Lýningeƿ modop. |
| Heoƿonƿiceƿ ƿearþ. | Tip eadige. | 40 Forþan heo Lƿirt. |
| Spa ða Ʒýlƿan tud. | 25 Hæleþ heaðu ƿoƷe. | On þam bæƷe. |
| 10 Siðe heƿiƷear. | Hatað on Bƿýtene. | Beapn ƿealdendeƿ. |
| Folc unmæte. | In Ʒolban heƿ : [can. | Bƿohte to temple : |
| Habbað Ʒone ƿearþ Ʒear. | Spýlce embe Ʒeoƿeƿ pu- | Ðanne ƿær embe ƿiƿ niht. |
| For ðý Ʒe kalendur. | Ðæt te Ʒol-monað. | 45 Ðæt aƿeþeð býþ. |
| Lýmeþ Ʒeþincgeð. [tune. | 30 SiƷeð to tune. | ƿintep of ƿicum. |
| 15 On þam ylcan bæƷe ur to | Butan ƿƿam nihtum. | Andƿe ƿiƷend þa æƿteƿ Ʒeo- |
| Forþma monað. | Spa hit Ʒetealbon Ʒeo. | Spýlc ðƿopade. [ƿentýnū. |

INTERPRETATIO.

Christus, rex gloriæ, dominus illustris, aeternus, omnipotens, regni caelestis praefectus, natus erat in media hyeme, octavo [à natali] die Jesus vocatus. Quo quidem tempore inmens annus, turbis undequaque concurrentibus & magnis frequentibus gaudet, propterea quod eo ipso die adveniunt celebratae calendæ, nempe primus mensis, quem magnus populus Januarii calendarii vocabant. Et quinque abhinc noctibus, aeterni domini festum baptismale venit, quod hic diem duodecimum florantissimi, excelsi & præclari homines Britanniae vocant. Dein elapsis, duas si demas noctes, quatuor septimanis ingreditur solmonath, quemadmodum ferum Februarii vocabant veteres homines, antiqui legum (Astronomicarum) periti. Tum abhinc post unam noctem observamus Mariæ domini parentis festum, propterea quod in hoc die filium Dei ad templum ferebat. Tum, quinque noctibus elapsis, hyems terrefacta aufugit è vicis, & deinde post septemdecim dies ephemeros,

E e e 2

niht

| | | | |
|----|--|--|---|
| | Niht gefimer. | On ða ylcan tūð. | Dagena pimef. |
| 50 | Nepzender ðegen. Mathar mæpe. Mine gefpæge. Ðær ðe lencten on tun. Geliben hæfde. | Emniht healbað. Fopþan pealbent zob. 90 Fophte æt fpyrnde. On þy rylran bæge. Sunnan and monan. : Hwæt ymb feoper niht. | 125 Ne drihtnes ftrige. On heofonar up. Fopþan he hpeapfað áá. þyrra gefpýrdum. Ac fceal pinterum frod. |
| 55 | þepum to picum. : Spylce eac if pibe cuð. Ymb ðreo 7 tpa. Deobum gefelhpær. Hif cýme Kalend. | Fæder onfende. 95 Ðær þe emnihte. Eoplar healbað. Deah engel hif. Se hælo abead. Marian mycle. | 130 On circele cwæte. Finban halige dagar. : Sculan þe hwæpe. Lyt martina gemýnb. Ma aþeccan. |
| 60 | Leoplum 7 eoplum. Butan ðanne bifef. Lieboden feoppe. Feopðan zeape. Ðanne hi fupþor cýmeð. | 100 Ðæt heo meotof fceolbe. Lennan cýninga betrt. Spa hit gecýþed þearð. Leond midban zeapð. þær þ mæpe pýrð. | 135 Fpēcān pordum fopð. Fýrre gefringan. Ðæt embe nizontýne niht. Ðær þe earter monað. To uf cýmeð. |
| 65 | Ufop anpe niht. Uf to tune. Hwime gehýrteð. Dagol fcupum fæpð. Leond midban zeapð | 105 Folcum gefpæge. : Spylce emb feoper and þreo niht gefimer. Ðæt te nepzend rent. Appelfr monað. On þam ofþurt cýmð. | 140 Ðæt man þeliquar. Repan onzinneþ. Haliga gehýrte. Ðæt if healic bæge. Ben tūð þremu. : |
| 70 | Martur peðe. Hlyða healic. : Ðanne þe halga. Ðær emb xi niht. Æðele fcynde | 110 Seo mæpe tūð. Mannum to fprofpe. Drihtnes æpirt. Ðanne ðream gefirt. Fel pibe gehpær. | 145 Spilce inbuph paðe. Smicepe on zeappum pu- dum and pýrtum. Lýmeþ þlitig fepðan. Ðpýmlice on tun. Deapfe þpingeð. |
| 75 | Lpezopur. In zobes pæpe. Bpeme in Bpýtene. : Spylce Benedictur. Embe nizgon niht. | 115 Spa þe pitega fang. Hif if þe bæge. Ðæne drihten uf. Fýrþæt pophte. þepa cneopýrum. | 150 Maiur micle zeond meni- zeo gehpær. Spa þi ylcan bæge æþele zeþepan. Philippur 7 Iacob. Feoph agefan. Mozige mago ðeznar. |
| 80 | Ðær nepzend roht. Deapð 7 hizeftpanz. Ðæne hepaf pel. In gefpittum pife. pealbender þeop. | 120 Callum eopðpapum. Eabigum to blifre. : Ne magon þe ða tibe. Be zetale healban. | 155 Fop meotuder lufan. And þær embe tpa niht. Ðæt te tæhte zob. Elenan eabizpe. |
| 85 | Rincar pægol fæfte. : Spylce eac pýmcpæftrige. | | |

INTERPRETATIO.

ex quo ver ad homines profectum est, illustris Matthias, servatoris apostolus, ut traditum accepi, passus est. Deinde etiam, post quinque noctes, omnibus ubique gentium & cujus conditionis cunque hominibus bene notus est adventus Kalendarum Martii, nisi quolibet quarto anno bissextus intercaletur. Tum vero, ferox Martius, hlyda insignis, pruinis phaleratus, per terrarum orbem grandinis nimbis allatus serior, & uno die posterior init. Tum, elapsis abhinc undecim noctibus, Gregorius, in Dei exercitu apud Britannos celebris, insignis præcallebat. Præteritis novem pariter noctibus, Benedictus magnanimus & fortis Domini servus, quem domini servi eruditi, regulares homines [monachi] in scriptis celebrant, servatorem petebat. Eodem die, in calendario vel arte computandi tempora periti æquinoctium celebrant, quod dominus deus in principio Solem & Lunam eo ipso die creavit. Porro post quatuor noctes, ex quo æquinoctium homines celebrant, pater archangelum suum misit. heros hic magnus annuntiabat Mariæ, quod paritura eset regum optimum Deum, sicut nota facta erat celebris illa prædictio & audita ab hominibus per terrarum orbem. Post septem dein calendarii noctes, ex quo [archangelum] deus mittebat, mensis Aprilis & celebre istud festum, Resurrectio domini, in solatium hominum, cum festinatione venit. Tum gaudium ubique est congruum, sicut cecinit propheta: hæc est dies, quam fecit sapientissimus dominus hominum generationibus, omnibus terræ incolis, ut in ea exultarent. Neque hoc autem festum, neque ascensionem domini in cælum observare fas est pro numero dierum ephemerino, utpote quod semper redit secundum computum sapientum, prout senes astronomiæ [vel circuli paschalis] periti sanctos dies investigant. Nobis tamen restat imprimis exponere, verbis enarrare, & notas cantando facere martyrum memorias, nimirum quod, noctibus ab ingressu mensis Aprilis novemdecim, sanctorum reliquiæ, (sacra illa ornamenta) levandæ sunt. dies hic est sollemnis & supplicationibus festum notandum. Tum etiam protinus Maius hospes multa beneficia ferens, decoratis arboribus & herbis elegans, venustus, magnificus, ad homines, qui ubique sunt, com meat. In eodem quoque die Philippus & Jacobus, nobiles socii, pro suo in deum amore animas tradiderunt.

- Æþelurþ beama.
 160 On ðam ðropode.
 Deoden engla.
 For manna lufan.
 Meotud on galgan.
 Be fæder leafe.
 165 Spylce ýmb fýrft pucan.
 Butan anpe niht.
 Ðæt te ýlbum þringð.
 Sigel beophhte dagar.
 Sumon to tune.
 170 Yearne gepýþeru.
 Ðanne pangar hpaðe.
 Blorþmum blopað.
 Spylce bliþ arþihð.
 Leond midban gearþ.
 175 Manigra hada
 Epicepa cynna.
 Lýninge lof pecgað.
 Mærnealblice.
 Mærne þpemað.
 180 Ælmihtigne :
 Ðær emb ahta j nigon.
 Dozera pimeþ.
 Ðæt te þpihten nam.
 In oðer leoht.
 185 Agurþinur.
 Bliþne on þpærþum.
 Ðær þe he on Bpýtene hep.
 Eaðmode him.
 Eoplar funbe.
 190 To gober pillan.
 Spa him fe gleapa bebeab.
 Gpægoriur.
 Ne hypbe ic gumā* apýpn.
 Ænigne æþ.
 195 Æfpe þpingan.
 Ofeþ realne mepe.
 Selpan lape.
 Býrceop þpempnan.
 Nu on Bpýtene þerþ.
 200 On Lantþapum.
 Lýnerþole neah mýnrþe
 mæþum.
 Ðanne monaþ þpingð.
 Ymb tpa j ðneo.
 Tuba lange.
 205 Æþra liða.
 Uþ to tune.
 Iunur on gearþ.
 On ðam gim arþihð.
 On heofenar up.
 210 Dýhrt on gearþe.
 Tungla toþhtarþ.
 And of talle agpýnt.
 To rete riþeð.
 Þýle rýððan leng.
 215 Gpund behealþan.
 And gangan latop.
 Ofeþ folþan pang.
 Fægurþ leohta.
 Þopuld gerþeapra.
 220 Ðanne pulþer þegn.
 Ymb ðneotyne.
 Ðeodner byþing.
 Iohanner in gearþagan.
 Yearð acenned.
 225 Tyn nihtum eac.
 Fe ða tud healþaþ.
 On midne þumop.
 Mýcleþ on æþelum.
 Fide iþ geþeopðob.
 230 Spa þ pel gerurþ.
 Haligra tid.
 Leond hæleða beorn.
 Petur and Paulur.
 Hþæt ða aporþolar.
 235 Deoden holbe.
 Þropedon on Romie.
 Ofeþ midne þumop.
 Micle gerýrþe.
 Fupðop þf nihtum.
 240 Folc bealo ðnealic.
 Mærne marþýþom.
 Hæþdon mænige æþ.
 Fundra gepophþe
 Leond þær ðeoba.
 245 Spylce hi æfter ðam
 Unþim þpemedon.
 Sputelþa and gerýnþa.
 Ðupþ unu meotuder.
 Ealþop þegnar.
 250 Ðanne æþne cýmð.
 Emb tpa niht ðær.
 Tiblice up.
 Iulur monað.
 On ðam Iacobur.
 255 Ymb feoper niht.
 Feoph gerþealþe.
 On tþentigum.
 Tþum in þpærþum.
 Fþob and fæþþæb.
 260 Folca laþeop.
 Zebedeþ æþra.
 And þær rýmle þerþ.
 Ymb feofon niht ðær.
 Sumere geþrihteb.
 265 Feodmonað on tun.
 Fel hþæt þpingeð.
 Agurþur ýnmen ðeobum.
 Hlaþ-mærþan ðæg.

INTERPRETATIO.

Et abhinc duabus noctibus, Deus beatæ Helenæ revelabat nobilissimum lignum, in quo, pro amore in homines suo Rex angelorum, patre permittente, creator in cruce passus est. Deinde etiam post spatium septimanæ, una dempta nocte, æstas ad homines fert tempestates calidas & gemmei nitoris dies. Tunc autem campi floribus alacres germinant, & dum oratio omne genus viventium ascendit per terrarum orbem, Laudem multiplicem domino offerunt, MAGNUM celebrantes omnipotentem. Abhinc septemdecim noctibus numeratis, Dominus in alteram lucem sustulit placidi pectoris Augustinum, eo quod hic humiles Britannos ad Dei voluntatem flexisset sicut sapiens Gregorius ei præceperat. Nunquam accepi quinquam hominum, aut episcopum insigniorem antea unquam per salum attulisse meliorem doctrinam. Requiescit jam in Britannia apud Cantwarienses in magna ecclesia juxta thronum regium. Tum hic mensis, post quinque longos dies, habitacula nostra ineuntem ducit ad nos Junium mensis, Erra litha dictum. In hoc autem mense, sol, astrorum fulgentissimum, altissime ascendit in cælis, unde descendit ad abyssum, ut in eo occidat; posteaque terras longum aspicit per telluris campos, tardior proficiscens, lucentium & creatorum omnium pulcherrimus. Tum post viginti & tres noctes ephemerinas, gloriosus apostolus Johannes, Domini dilectus, natus erat. festum istud in media æstate observamus, & longe lateque ab hominibus magnopere celebratur, pro ut maxime decet sanctorum festa apud homines celebrari. Præterea post quinque, ultra mediam æstatem, noctes, magna cum celebritate Petrus & Paulus Deo fideles, illustre passi sunt Romæ martyrium, cum inter gentium populos malignos & serviles miracula operati essent principes Apostoli, sicut postea innumera alia evidentiora & manifestiora per filium dei fecerunt. Tum interjectis abhinc duabus noctibus, opportunus protinus ad nos venit Julius mensis, post cujus introitum viginti & quatuor noctibus elapsis, Zebedæi filius Jacobus, firmi pectoris vir, sapiens & constans populi doctor, vitam tradidit. Dein etiam post septem æstivas noctes, gloriæ plenus Augustus, Weodmonath dicitur, primitiarum festum ad egenos homines tempestive semper ducit.

* Cimbricum cirn huor, vel einhuor, aliquis, facit in acc. einhuorn, pro quo hic, ut ego conjicio, apýpn. Spa

- Spa hæf hæpferc cymþ.
 270 Ymb oðer rþylc.
 Butan anpe panan.
 plitig pærtmum hlaben.
 pela byð geýped.
 Fægepe on folban.
 275 Dænne forþ geþat.
 Ymbe þreo niht dæg.
 Deobne getrype.
 Dufþ martýrdom.
 Mæpe diacon.
 280 Laupentur hæfþ nu hif
 piþ ðan.
 Mid pulþor fæþer.
 Feopca to leane.
 Spylce hæf ymb fif niht.
 Fægepurc mæzða.
 285 Fiþa pulþor.
 Sohte pepoba god.
 For runa ribbe.
 Siþgefærte ham.
 Neopxna pange.
 290 Hæfþe neþgenb ða.
 Fægepe forþoplean.
 Fæmnan forþgolden.
 Ece to ealdpe.
 Dænne calling byð.
 295 Ymb tyn niht dæg.
 Tud geþeopðad.
 Barðolomeur.
 In Bpýtene heþ.
 Fýpð pel ðungen.
 300 Spylce eac piþe byð.
 Eoplum geýpped.
 Æþelinger deað.
 Ymb feoper niht.
 Se ðe fægepe u.
 305 Mid pætepe ofeppeapp.
 pulþer cyne beapn.
 Fiþa peopðlice.
 Be him pealbend cpæð.
 Dæt nan mæþþan man.
 310 Leond midþan geapð.
 Betpux piþe 7 pepe.
 Purþe acenneb.
 Ond hæf ymbe þreo niht.
 Leond ðeoba feala.
 315 Dæt te halig monð.
 hæledum gefingeb.
 Fepeð to folce.
 Spa hit forþ gleape.
 Calde uð-pitan.
 320 Æþor fundan.
 Septembþer fæþ.
 And þý feopþan dæg.
 Dæt acenneb peapð.
 Epena reloft.
 325 Drihtner motop.
 Dænne ðazena popn.
 Ymbe ðpeotýne.
 Dezn un-for-cuð.
 Godþpelleþ gleape.
 330 Iart on renþe.
 Matþeur hif.
 To metoþ 7 ceafte.
 In ecne gefean.
 Dænne ealling cymð.
 335 Ymb ðreo niht dæg.
 Deodum piþe.
 Emnihter dæg.
 Ylba beapnum.
 Hæt pe peopðiað.
 340 Fiþe geonb eopðan.
 Heah engley tud.
 On hæpferce.
 Michaeler.
 Spa þ manigo pat.
 345 Fiþ nihtum ufor.
 Dæg ðe folcum byð.
 Eoplum geýped.
 Emnihter dæg.
 And hæf embe tpa niht.
 350 Dæt se teoða monð.
 On folc fepeð.
 Fþode gefeahte.
 October on tun.
 Uf to zenihþe.
 355 Fintepfýlleð.
 Spa hine piþe cigð.
 Igbuende engle 7 ðeaxe.
 Feþar mid piþum.
 Spylce piþena tud.
 360 Ymb tþentig hæf.
 Tpeþna healbað.
 And fif nihtum.
 Samoð ætgeþere.
 On anne dæg.
 365 Fe ða æþelingar.
 Fýp geþrunan.
 Dæt hy forþ-mæpe.
 Simon 7 lubar.
 Sýmble pæpon.
 370 Drihtne ðýpe.
 Forþon hi ðom hlutan.
 Eadigne up pæg.
 And hæf offtum þpingþ.
 Embe feoper niht.
 375 Folce zenihþum.
 Blotmonað on tun.
 Beopnum to piþe.
 Nouembþur.
 Niða beapnum.
 380 Eadigneþre
 Spa nan ofþer na ðeð.
 Monað mapan.
 Miltre drihtner.
 And ðý ylcan dæge.

INTERPRETATIO.

Tum post alias (septem) tales, Autumnus formosus, fructibus onustus absque omni defectu venit, pulchris ejus opibus in tellure manifestatis. Tum, tribus abhinc noctibus præteritis, illustris diaconus Laurentius, domino fidelis, obiit Martyr, vitâ nunc apud patrem gloriæ fruens, operum suorum mercede. Dein etiam interjectis quinque noctibus, pulcherrima virginum, feminarum gloria, propter filii consanguinitatem, deum exercituum & victoriæ [gloriæ] locum paradysum petebat, seruatore virgini formosæ educationis præmium in vita æterna rependente. Tum prorsus decem noctibus elapsis dignum & bene frequentatum Bartholomæi festum hic in Britannia celebratur. Porro etiam post quatuor noctes, hominibus longe lateque notum est illustris hominis martyrium, qui pura olim cum aqua regem gloriæ perfundebat. vir dignissimus erat, de quo dominus dicit, quod ex consortio viri & feminae nemo major natus erat. Dein tribus abhinc noctibus, Septembris ferus, halig monath dictus, apud homines celebris, ad populum proficiscitur, quemadmodum præscii veteres astronomi instituerunt. Et dein septimo die, mulierum optima, Jesu mater nata erat. Tum post numerum tredecim dierum, bonus apostolus & evangelista Matthæus animam ad Deum misit, in æternum gaudium. Tum prorsus tribus noctibus elapsis dies æquinoctialis ad homines ubique gentium proficiscitur. Porro quinque noctibus ultra tempus, quo æquinoctialis dies plebi & patriciis [omne genus hominibus] notificatus est, festum Archangeli Michaelis in autumnno celebramus. Et post duas abhinc noctes, decimus mensis October, consilio prudens, Winter fillerth, sicut Angli & Saxones insulares, viri cum faminis, eum late vocant, ad populum veniens ubertatem nobis affert. Dein etiam post viginti & quinque noctes, duorum Apostolorum festa simul celebrant in uno die, Etenim de viris inclytis, Simone & Juda, ab antiquo accepimus, quod strenui domino semper charique erant. quamobrem finem sortiti sunt beatum sursum evecti. Tum abhinc quatuor noctibus elapsis, Novem-ber uberrimus, blotmonath dictus, hominibus ad epulas copiam omnibus adeo, dei elementia, adfert, ut nullus alius mensis majorem. Et eodem die [nempe Kalendis novembris]

| | | |
|--|--|--|
| <p>385 <i>Salpa</i> pe healbað. <i>Sancta</i> rymbel. <i>Dana</i> ðe rýð oððe æp. <i>ƿophtan</i> in <i>populbe</i>. <i>ƿillan</i> ðrihtney. 390 <i>Siððan</i> ƿintpef bæz. <i>ƿibe</i> zangeð. <i>On</i> rýx nihtum. <i>Siȝel</i> beophtne zenimð. <i>hæpfezt</i> mid hepiȝe. 395 <i>hriƿer</i> and rnaper. <i>ƿorste</i> zefeteƿað. <i>Be</i> fpean hæze. <i>Ðæt</i> uf ƿunian ne mot. <i>ƿangar</i> zrene. 400 <i>Foldan</i> fpeaƿe. <i>Ðæt</i> ymb feopef niht. <i>Ðæt</i> te <i>Martinuſ</i>. <i>Mæpe</i> zeleoƿbe. <i>ƿep</i> pommalear. 405 <i>ƿealbend</i> fohte. <i>Up</i> engla ƿearð. <i>Ðanne</i> emb eahta niht. <i>And</i> feopefum. <i>Ðæt</i> te fangobe. 410 <i>Berentum</i> on fæ zƿunð. <i>Siȝefæzte</i> ƿep. <i>On</i> briƿe hapan. <i>Ðe</i> iu beoƿna feba. <i>Elementeſ</i> oft. 415 <i>Lýpiað</i> to ðearfe. <i>And</i> hæf embe feofon niht. <i>Siȝe</i> ðrihtne lof. <i>Æfele</i> Andƿear.</p> | <p><i>Up</i> on ƿoberum. 420 <i>hiſ</i> zart agear. <i>On</i> zober ƿæpe. <i>Fur</i> on ƿorðpeȝ. <i>Ðane</i> folcum bpiȝð. <i>Moſzen</i> to mannum. 425 <i>Monað</i> to tune. <i>Decembriſ</i>. <i>ƿrihta</i> beapnum. <i>Æppa</i> iula. <i>Spýlce</i> ymb eahta and <i>tepelſ</i>. 430 <i>Niht</i> zepimer. <i>Ðæt</i> te neſzenð rýlf. <i>ƿriſthýdigum</i>. <i>Thomare</i> ƿorzeap. <i>ƿið</i> eaſpeðum. 435 <i>Ece</i> ƿice. <i>Bealþum</i> beoƿn ƿiȝan. <i>Bletſunga</i> hiſ. <i>Ðanne</i> emb feopef niht. <i>Ðæt</i> te fæðer engla. 440 <i>hiſ</i> runu renbe. <i>On</i> ðar ƿiðam zefceart. <i>Folcum</i> to ƿroſpe. <i>Nu</i> zefindan maȝon. <i>haligra</i> tuð. 445 <i>Ða</i> man healðan fceal. <i>Spa</i> bebuȝeð zebob zeont <i>bpiȝten</i> ƿicu. <i>Sexna</i> kýningeſ. <i>On</i> ðar rýlfan tuð. † <i>Lýning</i> fceal ƿice healðā</p> | <p>450 <i>Leartpa</i> beoð feoſpan <i>zeryne</i>. <i>Opðanc</i> enta zepeorc. <i>Ða</i> ðe on ðiſſe eoſðan <i>ſynðon</i>. [peorc. <i>ƿrætlc</i> ƿeall ƿtana ze- <i>ƿind</i> býð on lýfte ƿiſ- <i>tuſt</i>. 455 <i>Dunap</i> býð hpaȝum hlu- <i>ðart</i>. <i>ƿriȝmmar</i> ſynðan <i>Eriſteſ</i> <i>mycclc</i>. <i>ƿýnd</i> býð ƿriðoſt. <i>ƿintep</i> bið cealðoſt. <i>Lencten</i> hriȝoſt. 460 <i>he</i> býð lengeſt cealb. <i>Sumop</i> run ƿhteȝoſt. <i>Spiegel</i> býð hatoſt. <i>hæpfezt</i> hpeð eabeȝoſt. <i>hæleðum</i> bpiȝeð. 465 <i>Lepeſ</i> ƿærtmar. <i>Ða</i> he him ȝob renbeð. <i>Soð</i> bið ƿicolofst. <i>Sinc</i> bið deoſoſt. <i>Golb</i> ȝumena zehpam. 470 <i>And</i> ȝomol ƿnotepoſt. <i>Fýpu</i> zeapum ƿroð. <i>Se</i> ðe æp feala zebibeð. <i>ƿea</i> hiſ ƿunðnum clibbor. <i>ƿolcnu</i> ƿcpiþað. 475 <i>Leonge</i> æþeling. <i>Seolan</i> ȝobe zepiðar. <i>Bylðan</i> to beaðupe <i>And</i> to beah ȝife.</p> |
|--|--|--|

INTERPRETATIO.

omnium sanctorum, qui in omni tempore Dei voluntatem fecerunt, festum observamus. Dein post sex noctes hyems late ubique grassans, gemmeum autumnum, gelu rigida, cum exercitu pruinae & nivis, deo precipiente, expellit, adeo ut in virentibus campis, telluris tapetibus, non possimus manere. Dehinc post quatuor noctes, vir immaculatus, illustris Martinus discedens, deum supernum angelorum dominum petebat. Deinde post duodecim noctes captum invictissimum virum Clementem, quem utique invocant homines, in agrorum beneficium, in fundo maris, in fluctibus spuma canescentibus submerserunt. Abhinc etiam septem noctibus elapsis, nobilis Andreas, promptus ad moriendum in dei causa animam in caelos transiuram reddidit domino, in gloria domini honorem. Tum crastina dies ad homines introducit mensem Decembrem æra iula dictum. Deinde post viginti noctes ephemerinas, [vel viginti noctibus numeratis,] servator ipse rex æternus, difficilis fidei Thomæ audaci illi Apostolo, ægre benedictionem suam dedit. Tum post quatuor noctes, Angelorum pater filium suum in hunc spatiosum mundum hominibus solatio misit. Nunc autem invenire possumus sanctorum festa, quæ observanda sunt in propriis temporibus, quemadmodum obligat potestas per Saxonum Regis Britannicum imperium. † Gubernabit rex regnum. Urbes ingeniosa principum opera, qui in hac terra vitam degunt, mœnibus è cæsis lapidibus constructis, è longinquo spectabuntur. ventus in aere omnium est ocysimum. tonitrus fragor est maxime sonorus. Ingens est majestas Christi. fatum est fortissimum. hyems frigidissima. vernum tempus frigidum permanens maxime pruinosum est. Æstivus sol est formosissimus. æther est calidissimus. tempestivus autumnus anni fructus ad homines ferens, quos ad eos deus mittit, beatissimus est. verus facillime decipitur. thesaurus * regibus est charissimus, & senex anteaetis annis grandævus, qui pridem multa est expertus, sapientissimus est. Mæror est gravissima sarcina. Nubes ultro citroque commeabunt. Boni comites juvenem principem ad bellum & munificentiam instigabunt.

† Calendario jam finito subjungitur hoc carmen quasi dithyrambicum, cujus primus versus in majusculis miniatis exaratus nitet. In eo autem mores hominum, affectus animantium & inanimatorum naturæ; res itidem alius

generis, civiles, ethicæ, theologicæ describuntur in gnomis & sententiis asyndetis, quarum elegantia, splendor & proprietates Latine exhiberi non possunt. * Forfan avaris, vel thesaurarius, scilicet qui nummos condere cupiunt.

Ellen ſceal on eople.
 480 Ecg ſceal wið helme.
 Hilbe gebidan.
 Hafuc ſceal on glofe.
 Filbe gepunian.
 Fulſ ſceal on beapope.
 485 Eapn an haða.
 Oſop ſceal an holte.
 Toþ mægenſ tþum.
 Til ſceal on eðle.
 Domeſ pþcean.
 490 Dapoð ſceal on hanba.
 Lap golbe ſah.
 Lum ſceal on hþinge.
 Standan ſceap 7 geap.
 Streap ſceal on yðum.
 495 Mægan mepe flode.
 Mæſt ſceal on ceole.
 Sezel gþnþ jeomian.
 Speopþ ſceal on beapme.
 Dþhtic iſepn.
 500 Dþaca ſceal on hlæpe.
 Fþob ſþætþum planc þiſc
 ſceal on pætepe.
 Lþnþan cennen.
 Lþning ſceal on healle.
 Beagaſ dælan.
 505 Bepa ſceal on hæðe.
 Ealb 7 egeſfull.
 Ea of ðune ſceal.
 Folb gþæg ſepan.
 Fþnþ ſceal æt romne.
 510 Tþþætþra getþum.
 Tþeop ſceal on eople.
 Fþþom on pepe.
 þudu ſceal on þolban.

Blæbum blopan.
 515 Beoph ſceal on eopðan.
 Lþene ſtanban.
 Lob ſceal on heoþenum.
 Dæða demend.
 Dupu ſceal on healle.
 520 Rum þeceþer muð.
 Ranþ ſceal on ſcylbe.
 Fæſt þingþa geþeoph.
 Fugel uppe ſceal.
 Lacan on lþſte.
 525 Leax ſceal on pæle.
 Mþ þeote ſcþiðan.
 Scup ſceal on heoþenum.
 þinde geblanden.
 In ðar populþ cuman.
 530 Deoþ ſceal gangan.
 In ðýſþum þeþeþum.
 Ðýþſ ſceal on þenne ge-
 punian.
 Ana innan lande.
 Iþeþ ſceal þýþne cþæfte.
 535 Femne hiþe ſþeont ge-
 þeccan.
 Lþ heo nelle.
 On þolce geþeon.
 Ðæt hi man beagum ge-
 þyge.
 Bþum ſceal þealt þeallan.
 540 Lþſt helm 7 laðu þlob.
 Ymb ealþa land geþþylc.
 Flopan þiþgen ſþeamar.
 Feoh ſceal on eopðan.
 Tþþþan 7 tþþan.
 545 Tunþol ſceal on heoþenþ.
 Beophþe þcinan.

þpa him beþeað meotub.
 Lob ſceal þýð yþele.
 Geoþoð ſceal wið ylþe.
 550 Lþ ſceal wið þeaðe.
 Leohþ ſceal þiþ þýſþum.
 Fþnþ wið þþþe.
 Feont wið oðþum.
 Lað wið laþe.
 555 Ymb land þacan.
 þýnne þælan.
 A ſceal þnotop hþeþean.
 Ymb þýþþe populþe geþinn.
 þeaph hangian.
 560 Fæþeþe on þilþan.
 Ðæt he æþ þacen þýþe.
 Manna cýnne.
 Meotob ana þat.
 Hþþeþ þeo þapul ſceal.
 565 þýððan hþeopþan.
 And ealle ða gaſtaþ.
 De þop goþe hþeopþaþ.
 Aþþeþ þeað þæge.
 Domeſ þiðað.
 570 On þæþeþ þæðme.
 Iþ þeo þopð geþceafþ.
 Dþþol and þýþne.
 Dþþhten ana þat.
 Neþþende þæþeþ.
 575 Næni eþt cýmeð.
 Hiþeþ unþeþ hþoþaþ.
 De þ heþ þop þoð.
 Manna þeþe.
 Hþþc þý meotobes ge-
 þceafþ.
 580 Þiþe þolca geþeta.
 Ðeþ he þýþþa þunað:

INTERPRETATIO.

Virtus in duce, & gladius cum galea, bellum tolerabunt. Accipiter in clivo, lupus in nemore, aquila in campo, & aper dentium robore valens in sylva feri manebunt, vel habitabunt. Bonus civis justitiam faciet. gladius & hasta auro adornata in manu, & gemmae in annulo circumcirca obstita esse debent. fluvius exundans faciet diluvium. Malus in navigio antennas sustinebit. Gladius domini, [vel liberi ferrum] in ventre recondetur. Vaser draco variegata pelle superbus in locis umbrosis, & piscis in aqua fatum pariet. Rex in palatio dona distribuet. In incultis vetus, & terribilis ursus manebit. Aqua de montibus irruens inundationem luteam faciet. conscribentur fortissimorum exercitus & cohortes. fides in principe & in homine sapientia esse debet. Sylva in terris fecundae florebit. Montes terrae virides permanebunt. Deus factorum iudex in caelis, ostium, caenaculi spatiosi os, & firmum digitorum tutamen, umbo, in clypeo erit. Volucres supra in aere ludent, salmo & raia in gurgitibus hinc illinc vagabuntur. Nimbi vento mixti in aere, in terram irruent. Fur in tenebris exhibit. Latro solivagus, terra indigena, in paludosis manebit. Virgo secreta astu sibi amasum adipiscetur, si non vult publice ita facere, ut a viris pretio redimatur. Mare sale aestuabit. Aerei imbres, diluvia & transgressi fluvii inundabunt omnes terras. Pecus in terris procreabit & pariet. Luna in caelis, sicut ei iussit deus, clara lucebit. Bonum adversus malum, juvenus adversus senectam, vita contra mortem, lux contra tenebras, exercitus adversus exercitum, inimicus contra inimicum, qui odit contra quem odio habuerit, contendunt ubique & semper se obfirmabunt. In mundanis rebus prudens semper conari debet, ut exlex suspendatur, & ut ei bene rependantur injuriae, quas humano generi prius fecerat. Deus solus novit quo anima, & omnes spiritus, qui pro deo discedunt, abeunt post mortem, in sinu patris diem iudicii expectantes. Is status valde est occultus & secretus: solus dominus, redemptionis auctor novit eum, siquidem nemo huc invecta reversus est, qui hic hominibus pro certo dicere potest, qualis dei sit conditio, vel gloriosum habitaculum, in quo ille ipse manet.

NOTÆ IN CALENDARIUM.

Verf. 3. On midne pintep, *media in hyeme*] Scilicet octavo calendas *Januarias*, vel *Decembris* die xxv. qui duplici nomine celebris apud arctos gentes fuit, quum quoddam principem noctem illam, quam *madrerecht*, vel *modrerecht*, i. e. *parentem* aliarum *noctium* omnium vocabant, à qua annum suum inchoabant, sequeretur; tum quoddam ad fidem conversæ natalem domini multa cum celebritate in eo cum ecclesia observabant. Inde *natale Domini* apud *Anglo-Saxones* vocatum erat *midpýntep mæyre-dæg*. ut *festum S. Joannis baptistæ* vocatum erat *midrumep-mæyre-dæg*. *Festum nativitatis domini* vocatur etiam in monumentis *Saxonicis* *Geol*, *Geola*, & in *Dano-Saxonicis* *Iol*, *Iul*, & etiamnum apud boreales *Anglos* & *Scotos*, *Pule*, ut in *Liturgiæ ecclesiæ Scotticæ* rubricâ, quæ psalmos quatuor magnis festis legendos designat, scriptum rubris literis cernitur, *Poule or Christmas day*.

V. 6. On ðý eahteðan dæg, *octavo (à natale) die*] Vel *octavo Juliorum die*, quasi post eahteðan, scriptum esset *geoldeð*, ut in *menologio biblioth. Cott. Julius, A, 10*. on ðone eahteðan geohhelbæg bið þar monðer þruma. ðe mon nemneð lanuapiur. þ þr on upe geðeobe þe æfter geola. ðis is æftera geapey monað ge mid pompapum ge mid ur:

V. 13. Kalendur gefincged, *celebrata calendæ*] sive *multa celebritate observata*. de quibus in 1. lib. *Fastorum* poeta. *Prospera lux oritur linguisque animisque favete, & Salve festa dies meliorque revertere semper*. Observatus erat hic dies apud veteres *Christianos*, non ut *festum circumcisionis domini*, de quo hic nulla mentio, sed in *comestationibus*, *cantilenis*, *saltationibus*, *ludis*, *strenis* invicem datis, & istiusmodi boni anni auguriis, quæ ex fidelium cœtu tollenda omnia boni episcopi & presbyteri semper contendebant, utpote ad ingens religionis detrimentum, & populi magis damnationem, quam salutem tendentia.

V. 17. Folc mycel, *magnus populus*] hoc est, ut ego puto, *Romanus*, mycel ab auctore dictus.

V. 18. lanuapiur gepim, *calendarii Januarii*] Sic enim gepim, ut rijn apud *Cimbros* veteres, *calendarium*, *fastos*, *ephemerida* denotat. Rijn, inquit *Gudm. Andreas* in *lexico suo Islandico*, N. gen. *calendarium*, *fasti*. Hinc, ut *Ol. Wormius*, *Fast. Dan. lib. 1. cap. 2*. scribit, veteres *Dani* lignea illa instrumenta, quibus fastos suos incidebant, *rimstocke* vulgo vocarunt. rim enim (inquit) quamvis nostro seculo *versus* seu *carmina* notet, *Danis* & *Islandis* plures *rythmi*, viz. *xx*, *xxx*, *lx*, nomine collectivo singulariter *Rima* dicantur; antiquitus tamen *calendarium*, cui anni decursus, mensium tenor, dierumque ordo esset commendatus, designabat. Cujus rei mihi testis est membrana perantiqua in cujus fine hæc lego:

111. 111111. 11. 11. 1111.

Att dufant ar, og dry

11111111. 1111. 11. 1111.

Hundrat ara og tiu-

11. 11. 11. 111. 11. 1111.

hu ar og ata ar varu

1111. 11. 111. 1111. 11. 11.

Liden af Gus byrd da en

11111. 111. 111. 111111.

Ditta Rim var skrivat.

Mille triceni viginti octo anni elapsi erant à nativitate Christi, cum hi fasti literis mandarentur.

Primus autem anni mensis haud inepte *Januarius* *calendarii* vocatur, secundum istud *Ovidii* in 1. lib. *fastorum*: *primus enim Jani mensis, quia Janua prima est.*

V. 19. Anð ðær embe þr niht, & *quinque abhinc noctibus*] Sic per totum hunc *fastorum* ecclesiæ *Anglo-Saxonice* libellum, embe þeopey pucan, *elapsis quatuor septimanis*. ðær embe ane niht, *dein una nocte præterita*, &c. In quibus præpositio embe non significat *circiter*, tempusve certo proximum denotat, sed ut *vm* apud *Cimbros*, tempus *absolute certum*, vel totidem præcise dies, noctes, septimanas, menses, annos, quot adjectivum numerale designat. Sic in *bibliis Islandicis* *pernoctarunt*, *Gen. xxiv, 54*, redditur, *þeir voru þar vm nottina*. Sic in *Olafs Saga*. cap. 117. *Þridiu veitzlo hafdi han vm paska, tertiam vero paschatis tempore comestationem instituit*. Sic *Gen. xvi, 16*. *seþ vm aatræt, octaginta sex*. Sic *iv. Reg. viii, 17*, *han hafde tuo vetur vm þritust, triginta duorum annorum erat*. Et *vers. 26*, *Abasia hafde tuo vm tuitugt. Abasias viginti duorum annorum erat, vel viginti duos annos natus erat Abasias*.

V. 19. Fþ niht.] Veteres arctos gentes annos, menses & septimanas, non per dies sed noctes computare solebant, ut ante nos observavit *Versteganus*, cap. 3. & *Olaus Wormius*, *Fast. Dan. lib. 1. cap. xii*. Hinc etiamnum apud *Anglos* *sennight*, i. e. *septem noctes*, & *fortnight*, i. e. *quatuordecim noctes*, *septimanam*, & *duarum septimanarum tempus* denotant.

V. 20. Fulpiht tub, *festum baptismale*.] Sive *festum epiphaniæ* domini, quæ duplex fuit: altera quæ *Magis* facta est per *stellam*, altera in die *baptismi* quæ & *Theophania* dicitur, quia *SS. Trinitas* tum apparuit, *Pater* in voce, *Filius* in carne, & *Spiritus sanctus* in columba. His tertiam aliqui addunt, nimirum *manifestationem*, qua *Deum se esse declaravit Christus*, mutando *aquam in vinum*. Hanc domini *manifestationem* *Bethphaniam* dicunt *ritualistæ*, quia facta fuit in *domo*, quum *nuptiis interesset*. Inde propter triplicem *Christi* *manifestationem* hac die factam, apud antiquos *dies* vel *festum epiphaniarum* semper legitur, verum in hisce fastis secun-

omnipotentis matrem; mulierum, hominum, virginum pulcherrimam: ut, muelica Magat thar Maria uuass mid 1ro sunie saliz thiorna mahtigel moder, ibi Maria, monialis virgo, beata virgo, mater omnipotentis erat cum suo filio. endi ina thar uuib bihib thiu thiorna githudo, & eum femina benedicta illa virgo aspexit. Idese scomost ellero uuuo uultrigost, feminarum pulcherrima, formosissima omnium mulierum. Ni uuif thu quat hie manum uureth theornum thineru siu il githungan uuib, noli, inquit ille, irasci virgini tuae, ea est enim casta mulier. theru helagun thiernum Marium thero guobun, sancta illius, & bonae virginis Mariae. biuand ina mid uuadi uuibo scomosta fazoron fratohon, feminarum pulcherrima cum vestimento, cum ornamentis speciosis eum involuebat. Fagar heleg thiorno thiu magat, virgo pulchra adolescens. mid thero gobef thiornun, cum Dei virgine. Ibi thero guobun, bonae mulieris. thuo ni uuaf lang te thiu thar it san antfunda firo scomosta cristet muoder, tum non longum tempus praeterisset, antequam id inuenit mater Christi hominum pulcherrima. Maxime autem furens duntaxat, immaculatam mulierem, & sanctam conjugem regis caelestis vocat: ut, gtuotta hie thuo Iohannes ant hiet thar hie iru fulgenzi uuell minnodi fia so milba so man il muoder scal ibi unuemma, tum blandus eam compellabat Iohannes, promittens, se immaculatam mulierem tam perfecte amaturum, quam quis matrem suam amare debet. Liuuitun im thuo est an Galileo land Ioseph endi Maria helag huuiski heban cyningef, tum in Galileam terram reuersi sunt Iosephus & caelestis Regis conjux Maria. Haec paulo sublimius, quam par erat, poeta supra se raptus; quae tamen sano & sobrio sensu capi possunt; quem prorsus respuunt, non solum Anselmi, Bernardi & aliorum scriptorum Romanae ecclesiae, sed ipsius etiam ecclesiae Romanae sacrorum officiorum de beata virgine blasphema, quae in libro Anglice scripto, cui titulus, speculum beatæ virginis, congesta hic piget recitare.

V. 315. Haliz monð] Id est mensis Sacrorum.

V. 255. Pintep fylleð] October sic ab antiquis Anglis dictus erat, quod in hoc mense hyemalia tempora incipiebant. Mensen quo hyemalia tempora incipiebant, (inquit Beda) Winterfylleth appellabant, composito novo nomine ab hyeme & plenilunio, quia viz. à plenilunio ejusdem mensis hyems sortiretur initium.

V. 362. And þif nihtum] Ita ms. sed videtur deesse vox ðpeo. Nam festum SS. Simonis & Judæ in omnibus antiquis martyrologiis designatur v. cal. Novemb. vel die XXVIII. Octobris. legendum ergo putamus ðpeo 7 þif nihtum.

V. 376. Blotmonað] November vocatus est blotmonað, à Gothico **BLAHTAN**, Cimbrice **BLAHT**, at blota. Saxonice blotan, immolare hostias, sanguine litare; omnia autem à **BLAHT**, **BLAHT**, blod, sanguis. Blotmonath mensis immolationum, (inquit Beda de temporum ratione, cap. XIII.) quod in eo pecora, quæ occisuri erant, diis suis uouerent.

V. 428. Æppa Iula, prior Jula.] Nam Januarius dictus erat æftera Iula, secundus Jula, ut poeta Dano-Saxonice scribens vocem exaravit. à Cimbrico iol vel iul. de quo Gudmundus Andreae in voce. Unde igitur iol originationem sumpserit in tanta vetustatis caligine non licet esse lynceum. Anglo-Saxonice autem scribitur geola, & dicuntur menses æppa geola & æftera geola; eosque sic dictos putat Sommerus, quod alter præcedit & alter subsequitur natale domini, quod geol apud Anglo-Saxones appellatum est. Recte sane. quia Christianis placuit natali domini nostri antiquum sacrorum & festivitatis gentilium nomen IOL vel GEOL, tribuere; ut antiquum nomen easter i eorþro i eorþur, ad paschale festum denotandum transfulerunt. verum ut Aprilis vocatus est Eosturmonað, ut testatur * Beda, à dea Eostre, cujus festum celebrabant veteres arctoe gentes, antequam nomen gentilis festivitatis ad significandam Christianam transferretur; sic ab Jolensibus sacris & festiuitatibus December primus, & Januarius secundus geola vel iula dictus est, apud eas gentes, antequam ad fidem conversæ nomen geol, geola, giul, iol, iola ad designandum festum natiuitatis transfulerunt. Verum ob quam rationem arctoarum gentium Saturnalia, vel mediæ hyemis solennitates id nominis fortitæ sunt non convenit inter doctos. Alii, quorum sententiam explodit Loccenius lib. 1. cap. 5. Antiquit. Sweo-Goth. putant Julias has festiuitates in honorem Julii Cæsaris primitus institutas fuisse. Georgius Buchananus putat Britannos Saturnalia Romanorum, Julia vocasse, Cæsaris nomine pro Saturno substituto. Alii vocem Iul petitam volunt à Græco **Ἰούλος**, quod hymnum significat quem lanificæ Mercurio cantare solebant, ut ex isto versu liquet:

Δευδαλίδος πύχουσα καλὰς ἑαδὲν ἰούλους.

Farque parans falsum scitos cantabat iulos.

Didymus ait hymnum in laudem Cereris fuisse, quod ex Semo Delio annotat etiam Athenæus, lib. 14. & indicat Theodoretus libro de materia & mundo, sic inquit: Ne cantemus Fulum cereri, nec Baccho Dithyrambum. Quod sane optime sensui nostro, & ludis istis Jolensibus nostratium competit, qui aut celebrantur post completa jam cerere horrea, aut quod novus jam annus

* Vide venerabilis Bedæ librum, quem de temporum ratione scripsit, cap. 13. Eosturmonað, qui nunc paschalis mensis interpretatur, quondam à dea illarum, quæ Eostre vocabatur,

& cui in illo festa celebrabant, nomen habuit: à cujus nomine nunc paschale tempus cognominant, consueto antiquæ observationis vocabulo, gaudia novæ solennitatis vocantes.

ac verum tempus instet, *Cereri* denuo faciendum operandumque. Sed inquires, unde vox exotica & *Græca* & adeo exoleta boreæ populo esse nota aut familiaris poterit? Respondeo, alia & magis remota à *Græcis* tracta, quæ *Dani*, hodieque usurpamus. Quid? nonne *fod* nostras, i. e. *natus*, à *Græco* $\phi\acute{o}\alpha$ nascor, est? Nonne *kerling*, *vetula*, à $\chi\acute{\epsilon}\rho\alpha\varsigma$? *Sinnep*, *sanapi*, à $\sigma\acute{\iota}\nu\eta\pi\acute{o}\varsigma$? Et quo nihil utimur frequentius, *Smor*, *butyrum* à $\mu\acute{\upsilon}\tau\eta\rho\varsigma$, & adjecto σ , $\sigma\mu\acute{\upsilon}\epsilon\rho\varsigma$, *unguentum*? sicut *Attici* pro $\mu\acute{\upsilon}\tau\eta\rho\varsigma$ dicunt $\sigma\mu\acute{\upsilon}\epsilon\rho\varsigma$. Hanc *Pontani* sententiam ex *Stephani* *Stephanii* literis ad se missis citat *Olaus Wormius*, in lib. 1. fast. *Dan.* cap. VII. Improbatur vero à doctissimo *Olae Wormio* in notis suis ad cap. IV *Herbararum Saga* in verba *iola apton*, hisce verbis; *Rectissime hæc à Pontano asseruntur, nisi quod vox iul Latioris aliquanto sit significationis, quam ut solum Cereris hymnum notet.* Revera enim in honorem & laudem *Cereri*, quæ nostris *Frigga* vel *freia*, *iol* celebratum, ut auctor noster cap. 14, & *Olafe Saga*, cap. 107 ostendit; at non solo cantu ac hymno, sed ludis etiam, comotationibus & omnibus festivi gaudii signis, ac bonis ominibus. Inde *iola* genio indulgere, *iála* & *iala*, *confabulari*.

Porro ad hæc *Verelii* adjici potest ad refellendam *Pontani* sententiam, iul istud *Cimbricum*, apud *Antiquos Anglos*, ante *Beda* tempora scriptum fuisse *Giuli*, & *Anglo-Saxonice* *geol*, *geola*, *gehul*, *gehul*, *geohol*, quæ parum, aut nihil affinitatis cum *Græco* $\gamma\acute{\iota}\upsilon\lambda\acute{o}\varsigma$ habent. E contra *Cimbricum* iul vel iol deducendum videtur ab *Anglo-Saxonico* *geol*, *gehul*; *ge* in *i* converso, ut in *isur*, *Saxonice* *gesur*, *peracerbus*; *igrum*, *Sax.* *gegnene*, *valde viridis*; & sic in dialecto *Dano-Saxonica* præfixum *ge* in *i* liquefit: ut in *iula* vel *iul*, à *gehul* vel *geul* vel *geol*, *emphaticè* *geula*, *geola*. Quamobrem ad rite investigandam originem *Cimbrici* iul vel iula, indaganda prius est *Anglo-Saxonici* *geol* vel *geul* origo, de quo mox tractatum ibimus.

Gudmundus Andrea, in *Anglo-Saxonice* etiam *holpes*, qui omnia sua ab *Hebræo* fonte derivare affectat, *iol* neut. gen. plur. dupliciter considerat, vel ut in recentiori sensu idem significat, ac *iola dagr*, *iola hatid*, nempe festum natalitiorum *Christi*, vel ut significat *solemnia hyemalia* longe ante *Christum* natum, apud *gentiles*, imo apud giganteum genus, quod à *Canaanitis* transfugis oriundum tradunt, celebrata. In priori sensu dicit vocem ad *Iol*, vel *Hebræum* יול *parvulus*, *puerulus*, non inepte referendum esse, scilicet, cum nova progenies celo demittitur alto. In secundo autem sensu de voce sic scribit: *Quid ergo restat, nisi bos (nempe gigantes à Canaanitis oriundos) à jubilo Hebræorum sibi sumfisse exemplum & etymon rei.* festum enim *Jubilæum* à יובל i. e. *productio*, & *intensio clangoris buccinarum*, quæ sunt cornua arietina, dictum est. Sed hæc tam perperam, ut refutatione non indigeant.

Olaus Wormius *Fast. Dan.* lib. 1. cap. XIV. non minus perperam iul à *Danico* *huile*, *quies*, deducendum censet. *Menses giuli* (inquit) à conversione solis in auctum diei, quia unus eorum præcedit, alius subsequitur, nomina accipiunt. Hæc, ut verba *Beda*, integra citat. deinde conjecturas suas apponit in verbis, quæ sequuntur. *A solstitio hyberno, ni fallor, quod tum sol quasi quiescere videatur antequam ad æquatorem propius accedat, Huile etiamnum apud nos quietem denotat; at huile quiescere, facilis autem mutatio h in g; cum in ordine alphabetico vicinæ existant, ac creberrime talium permutationem typhotæ festinans committat manus etiam in aliis.* Quod si cum *Scaligero* *Giuli* legas, non incommode à festo, quod tum temporis à nostratibus celebrabatur, ac etiamnum iul vocatur, derivabis. Hic doctissimus vir, linguæ *Anglo-Saxonice* ignarus in qua *Danicum* iul, olim iol dictum, scribitur *geol*, &c. ut supra ostenditur, pro *giuli*, contra omnem analogiam, *huile* legendum vult. Præterea duos istos menses, nimirum *Decembrem* & *Januarium*, à veteribus *Anglis* dictos *giuli* scribit *Beda*, non à vifa solis in solstitio brumali quiete, sed ab ejus conversione in auctum diei; ad *Anglo-Sax.* *hpeol*, *hpel*, vel *ge-hpeol*, *gehpel*; *Islandice* *hiol*, & *huel*, *rota*; manifeste alludens. Quamobrem frustra sunt omnia, quæ de facili permutatione *h* & *g*, & typhotæ errore scribit vir magnus. Nec minus displicet, quod ait nempe *Giuli*, $\text{r}\acute{s}$ *Giul* plurale, si ita legendum cum *Scaligero* est, à *Cimbrico* iul derivandum esse. cum supra ostendi ex aliorum exemplorum analogia iul à *giul* potius petendum esse.

